



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Severinus Boetius. 23. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. SEVERINVS BOETIVS.

23. Octobris.

Ipsum oculi tui Musarum ocellum BOETIVM
 vident, cui vel hostis Theodoricus rex testi-
 monium hoc dedit, omnes omninò scientias unum
 complexum fuisse, ut jam Græciæ Roma nec
 Ptolemæos, Nicomachos, Euclides, aut Archi-
 medes, nec Pythagoras, Platones aut Aristoteles
 invideret. Tot tamen ætatum miracula unico in-
 genio clausa extinxit idem Theodoricus, furius
 Ariarorum (quos stylo BOETIVS confoderat) agi-
 tatus. Cæterum clientem suum in ipsum carce-
 rem usque musæ sunt secutæ. Nam & in hoc li-
 brum *de Consolatione Philosophiæ*, & alterum *de*
Trinitate ad socerum Symmachum scripsit, virum
 itidem eruditum & Consularem, quin in eadem
 causâ piè post mortuum. Et BOETIVS quidem re-
 sectum caput utrâque manu memoratur humo
 sustulisse, interrogantiq̃ue per inurbauit iocum,
 à quo percussum se existimaret, serid, *ab impiis*, re-
 spendisse; inde progressus in templam demississe
 in genua sese, ac preces iater caput arâ, animum
 celo deposuisse. At Symmachus gladio & ipsa
 cæsus suum socii que caput abundè fertur vindi-
 casse. Siquidem cœnanti Theodorico portentosi
 plicis caput appositum Symmachi ajunt imaginem
 induisse, hiantique ore & dente minitabundo ira
 perterruisse, ut metu morte que rigens infelicem
 animam in ollas (quemadmodum S. Gregorius re-
 fert) Vulcani exspiraverit, tunc etiam multis de-
 bens innocentum Martyrum necem. Sed & hodie
 Musæ BOETIVM SYMMACHVM que flerent, nisi in
 his oculos suos amisissent. *Ex visâ Boët. & Bar.*
Quanta

Quanta est mentis occupatio in appetitu terrena gratia? & quantus est timor, ne hac eadem gratia perdatur? Perpende ergo qua poena sit aut prosperitatis desiderio fatigari, aut adversitatis timore pavescere? S. Greg. 1, 6, Regist.

S. MACARIUS ROMANVS CONF.
23. Octobris.

Bellè Veneri illudit MACARIUS, cum nuptialè in thalamo sponsam reliquit, & Raphaelè comite in ultimas solitudines castitatem asportavit. Ibi dum antrum subit, in geminos catulos & ponè accubantem exanimem leenam offendit. Hanc igitur tumulo infert, catulos de suà mensà alit educatque. Crescunt illi, & à nutritii sui collo innoxii pendent, blandientem lambunt, ardentè adruunt blandum, O semper tutior interferas, quàm non dicam inter mulieres, sed mulierum etiam umbras virginitas! Prodit foras MACARIUS, strophium reperit è findone, è serico calceolos. Quid agis, MACARI? Viscum mitte. Audit allacrimantem malis suis vocem. Ah aures obtura! Sirenem audis. Videt mulieris formam omni simulachro emendatiorem. Eheu oculos claudere! Scorpionem vides, Ecce testè recipit. Superos testor, MACARI! vivam leenam introducis, qui mortuam extulisti. Quid multis? triumphato hospite in fumos abit dæmonium, in lacrymas MACARIUS, in fugam leones. Quin ipse quoque se fugit; sed obsistit bonus ductor Raphael. Ergo in genua & preces se abiecit XL. ipsos dies ieiunus. Tum verò conciliatos Superos, primùm leones reduces, deinde multa lux caelo allapsa, tum gratantium Angelorum voces, demùm Christus ipse